



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XXVI. Markgraf Ludwig fordert die Städte Frankfurt, Müncheberg und das  
Land Lebus zur Landesvertheidigung auf, am 8. September 1324.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

monium presentibus nostra sigilla duximus appendenda. Actum et datum Custryn, anno domini M° CCC° XXIII°, in vigilia sancti nicolai Confessoris.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 2, 42. in Vigilia sancti nicolai Confessoris. Anno domini M° CCC° XX° III° III° in Vigilia sancti nicolai Confessoris.

XXV. König Ludwig überläßt der Stadt Frankfurt Namens seines Sohnes den Zoll daselbst, am 27. Juni 1324.

Ludowicus, dei gracia Romanorum Rex, semper augustus, Prudentibus viris Consulibus et vniuersis Ciuibus ffranchenfurdenfibus fidelibus suis dilectis graciā suā et omne bonum. Ex motu beniuolencie specialis, quō circa vos afficimur propter fidei et deuocionis vestre meritum, vnde nobis et Illustri Ludowico, Marchioni Brandenburgensi, Primogenito et Principi nostro carissimo, grati et placidi extitistis, Vobis concedimus graciōse nostro et eiusdem filii nostri nomine et uice Theloneum in Ciuitate predicta ffranchenfurt in hereditatem perpetuam possidendum, recipiendum pariter et tenendum, Ita sane, quod in omnem euentum et casum prefato Marchioni Primogenito nostro et eius posteris Marchionibus Brandenburgensibus Quadringenta et Viginti Talenta denariorum Brandenburgensium legalium seruire et soluere annis singulis libere debeatis. In cuius rei testimonium presentes vobis dedimus et sigillo maiestatis nostre iussimus communire. Datum in franchenfurt V° kalendas Julii, Anno domini Millesimo Trecentesimo Vicelimoquarto, Regni vero nostri Anno Decimo.

Nach dem Originale des Stadtarchives II, 1, 1. Wohlbrück, I, 546.

XXVI. Markgraf Ludwig fordert die Städte Frankfurt, Müncheberg und das Land Lebus zur Landesverteidigung auf, am 8. September 1324.

Lodowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes Palatinus Reni, Dux bawarie, sacri Imperii archicamerarius, fidelibus suis et dilectis Consulibus ac vniuersitati burgensium in frankenvord et Monkeberg necnon vasallis omnibus Cafri Lebus ac totius terre Lubufane graciā suā et omne bonum. Cum pro defensione honoris et patrie quilibet fidelis subditus exponere corpus et Res naturaliter et ex debito teneatur, vestram fidelitatem intime hortamur, requirimus et Rogamus quatenus ad repellendam inimicorum iniuriam nullatenus tepescatis (sic!), sed viriliter ad id vos paretis, nec aliquis metus in animo vos confringat. Promittimus enim vobis per presentes, quod de omnibus dampnis et expensis, que et quas circa defensionem perferre rationabiliter vos contigerit, reddere volumus vos indemnes. Omnia eciam vestra



Jura et libertates conseruabimus vobis in pleno robore ac firmissima firmitate, volentes semper esse intenti circa vestri honoris et status augmentum fideliter toto posse et pro vobis exponere res et corpus, Hanc literam nostro sigillo munitam vobis in testimonium concedentes. Datum Berlin, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> IIII, in Natiuitate sancte Marie.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 2, 44.

XXVII. Die von Strantz und von Schlabberndorf verkauften den Gewandschneidern in Frankfurt Gebungen aus dem Zolle daselbst, am 15. Juli 1325.

Vniuersis presenciam auditoris Nos Johannes, Guntherus et Guntherus, eiusdem Guntheri filius, de Slaberndorp dicti, necnon hermannus dictus Strantz publice profiteamur, cupientes fore notum, Nos de maturo nostro consensu vendidisse racionabiliter honestis viris mercatoribus, Pannicidis vulgariter nominatis, in vrankenuorde Octo talenta cum dimidio talento brandenburgensium denariorum census Siti in theloneo vrankenuordensi, pro quo vero censu Octo talentorum cum dimidio lidem pannicide nobis XXXIIII marcas brandenburgensis argenti et ponderis in parata pecunia beniuole quitauerunt, quem quidem censum Octo talentorum et dimidii pannicidis prefatis in pheodo conferimus cum omni iure, quo nos dictum censum hucusque habuimus, perpetuo possidendum et habendum, promittentes fide data et in solidum eidem in nostris hiis litteris, quandocumque prefati pannicide de gracia incliti marchionis Lvdowici de brandenburg nostri domini proprietatem dictorum Octo talentorum et dimidii assecuti fuerint, nos velle in presenciam domini nostri marchionis eadem Octo talenta cum dimidio eidem pannicidis, quandocumque requisiti fuerimus, libere et spontanee resignare. Hac resignacione in presenciam nostri domini marchionis facta et cessione, vt dictum est supra, Pannicide prehabiti de quolibet talento census nobis vnum fertionem brandenburgensem dare tenebuntur. Presentibus testibus Domino hakone de Lubus milite, Domino Bartoldo in vrankenuord plebano, Johanne lichtenberg, Gherkino Walin, Johanne hokeman, Laurencio Beyger, ibidem in vrankenuord ciuibus, et pluribus aliis fide dignis. In quorum omnium testimonium presentes cum appensione nostrorum Sigillorum fecimus roborari. Datum et actum per manus Pefchonis de Grunenber, Notarii vrankenuordensis, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXV<sup>o</sup>, In diuisione apostolorum beatorum.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 3, 95.